Item ut supra die XVI februarij numerati per d. Johannem de Sancto Petro	lb. CI	s. VIIII	
Item in credito Vicentio de Clivate in isto in f. 567 die XXVIIII suprascripti numerati per eum in summa	lb. III	s. V	

	Item in debito rationi expensarum de Montano in isto in f. 557 die XVIII januarij numerati Manfredino de Brozijs pro certis scutis a molandino emptis in summa	lb. VIII	s. VIII	
5	Item in debito Beltramine de Micheriis in isto in f. 550 die XXVI suprascripti numerati Johanni de Casteleto dicte domine marito in summa	lb. XL	s.	
10	Item in debito Primo de Cinixelo in isto in f. 516 die suprascripto numerati ey	lb. XL	s.	
	Item in debito d. Ambroxio de Seregnio in isto in f. 538 die suprascripto numerati ey in summa	lb. X	s.	
15	Item in debito d. Caterine de Pestegalis in isto in f. 541 die suprascripto numerati Guliermo de Pusterla	lb. XXI	s. X	d. I
	Item in debito Beltramine de Micherijs in isto in f. 550 die suprascripto numerati Johanni de Casteleto in summa	lb. C	s.	
20	Item in debito d. Aluissio de Castiliono in isto in f. 557 die XXXI suprascripti numerati ey in summa	lb. XII	s. O	d.
25	Item in debito d. presbitero Johanni de Plantanidis canonicho in eclexia de la Scala in isto in f. 543 die VI februarij numerati ey prout in dicto foleo continetur in summa	lb. III	s. IIII	d.
	Item in debito d. Henricho et alijs de Fagnano in isto in f. 542 die suprascripto numerati d. Maffiolo de Fagnano	lb. IIII	s.	
30	Item in debito d. presbitero Jacobo de Lugano in isto in f. 538 die VI suprascripti numerati ey in summa	lb. V	s. VI	d. VIII
	Item in debito d. Ambroxio de Seregnio in isto ut supra die suprascripto numerati ey	lb. II	s.	
35	Item in debito Antonio de Sachonago in isto in f. 539 die suprascripto numerati ey	lb. VIII	s.	
	Item in debito rationi elemoxinarum in isto in f. 467 die suprascripto numerati dd. fratribus domine S. Marie Angelorum	lb. II	s.	

Item in credito Baldasaro de Robiate in isto in f. 518 die VI marzij numerati per Balzarum [de Seregnio]	lb. II	s.		
Summa est lb. DCCCCXXXVI s. XIII d. II				

D. Johannes de Purixelis de Gallarate 5

Debet dare in credito scriptos Petrolo de Melzio in isto in f. 524 die VI marzij numerati per eum	lb. III	s. IIII	d.	
Item in credito Johanni dicto Bugio de Niguarda in isto in f. 520 die VIII marzij numerati per eum	lb. VIIII	s. VI	d. VI	10
Item in credito eidem d. Johanni de Purixelis de Gallarate in isto in foleo precedenti in summa	lb. CCCCXLV	s. XI	d. I	
Item in credito Antonio de Raude in isto in f. 524 die XIIII marzij numerati per eum in summa	lb. III	s.	d. VI	15
Item in credito Girardo de Spatis in isto in f. 516 die XXI marzij numerati per magistrum Johannem de Pusterla procuratorem	lb. IIII	s. XVI		20
Item in credito Jollo strazarolo in f. 524 die suprascripto numerati per eum	lb. II	s.		
Item in credito Christoforo de Mutina in isto in f. 521 die suprascripto numerati per eius filiam	lb. VII	s.		25
Item in credito d. Ambroxio de Alzate in isto in f. 536 die suprascripto numerati per Mafiolum de Melegarijs in summa	lb. XXIIII	s.		
Item in credito rationi millij in isto in f. 478 die ultimo martij et sunt pro millio vendito per Antonium de Mozate prout in dicto foleo in capitulis tribus continetur in summa	lb. CCIII	s. VII	d. VI	30
Item in credito d. Ambroxio de Alzate in isto in f. 536 die suprascripto et sunt anotati super bancho illorum de Poschis in summa	lb. CCCCLXXII	s. X	d.	35

Item in debito rationi expensarum minutarum in isto in f. 462 die VI suprascripti et sunt numerati prout in dicto foleo in capitulis duobus continetur	lb. III	s. I	d. IIII
Item in debito Jacobino de Dayrago in f. 540 die suprascripto numerati ey	lb. I	s.	
Item in debito eidem d. Johanni de Purixelis in isto in impagine proxime sequenti in summa	lb. CCCCXLV	s. XI	d. I
Summa est lb. DCCCCXXXVI s. XIII d. II			

528

Debet habere scriptos in debito Ambroxio de Cugnolo in isto in f. 507 die VI februarij numerati usori dicti Ambroxeti	lb. II	s. XVI	
Item in debito d. Johanni de Meda in isto in f. 552 die suprascripto numerati ey	lb. L	s.	
Item in debito Johanni de Cumis in isto in f. 553 die VI suprascripti numerati ey	lb. CXVIIII	s. VI	d. VI
Item in debito Filippo de Fossano in isto in f. 540 die VIIII februarij et sunt numerati ey in summa	lb. IIII	s. O	d. O
Item in debito d. Johanni de Meda in isto in f. 552 die suprascripto numerati ey	lb. XXXVII	s. O	d. O
Item in debito rationi furmenti in isto in f. 475 die suprascripto pro portatura de m. 17 furmenti datis nomine d. Johannis de Meda, a d. 14 pro modio	lb. O	s. XVIIII	d. X
Item in debito d. Beltramine de Micheriis in isto in f. 550 die XV februarij numerati Johanni de Casteleto	lb. LXXXXI	s. XII	d.
Item in debito capelano capele S. Johannis Batiste constructe in eclexia S. Johannis Evangeliste de Modonetia in isto in f. 545 die XV februarij numerati dicto capelano in summa	lb. XVIII	s. XII	d.
Item in debito d. Jacobo de Manzolis in isto in f. 553 die XVII suprascripti numerati ey in summa	lb. XIIII	s. VIII	d.
Item in debito rationi furmenti in isto in f. 475 die XVII februarij numerati pro portatura m. XX furmenti empti pro ussu Scole in summa	lb. I	s. I	d. VIII

Item in credito Petrolo de Melzio in isto in f. 524 die III aprilis numerati per Antonium de Sachonago	lb. I	s. XII		
Item in credito Petro de Feraria in isto in f. 524 die suprascripto numerati per eum in summa	lb. III	s. IIII	d.	5
Item in credito heredibus q. Mafioli de Pegiorano in isto in f. 526 die XVII aprilis numerati per Christoforum heredem ut supra	lb. II	s. XI	d.	
Item in credito Jacobo de Porris de Lantato in isto in f. 567 die suprascripto numerati per Johannem de Grassis in summa	lb. IIII	s.		10
Item in credito ut supra die XVIII aprilis numerati per Johannem de Dugnano in summa	lb. III	s.		
Item in credito eidem d. Johanni in f. 533 pro aro ocurso in sumario presentis impaginis	lb. o	s. X		15

Summa est lb. MCLXXXVIIII s. XII d. VII

Yesus

[529 s] D. Johannes de Purixelis de Gallarate antedictus

Debet dare in credito eidem scriptos impagine proxime precedenti pro resto in summa	lb. DCCCIII	s. XVII	d. XI	20

	Item in debito rationi expensarum minuta-			
	rum in isto in f. 462 die xx februarij numerati			
	pro spaziatura necesariorum Scole in summa	lb. II	s. XVIII	d. IIII
	Item in debito heredibus q. Petrini de Sub-			
5	biate in isto in f. 514 die suprascripto numerati			
	Francischo et Jacobo prout in dicto foleo con-			
	tinetur in summa	lb. X	s. O	d.
	Item in debito Ambroxio de Balzimo in			
	isto in f. 537 die suprascripto numerati ey	lb. II	s. X	d.
10	Item in debito Jacobino de Dayrago in isto			
	in f. 540 die suprascripto numerati ey	lb. II	s. XII	d.
	Item in debito Jacobino de Machis in isto			
	in f. 566 die suprascripto numerati pro certa			
	expensa pro eo facta in summa	lb. II	s. XVIII	d.
15	Item in debito rationi expensarum minuta-			
	rum in isto in f. 462 die suprascripto numerati			
	pro servitio altaris Scole in summa	lb. I	s. VIIII	d. IIII
	Item in debito rationi equorum in isto in			
	f. 562 die VIII marzij numerati pro pretio unius			
20	equi pro usu Scole empti in summa	lb. XVI	s.	d.
	Item in debito rationi expensarum minuta-			
	rum in f. 462 die suprascripto numerati prout			
	in dicto foleo in capitulis II continetur	lb. VII	s. XI	d.
	Item in debito eidem d. Johanni in impa-			
25	gine proxime sequenti in summa	lb. DCCCIII	s. XVII	d. XI

Summa est lb. MCLXXXVIIII s. XII d. VII

1451

	Debet habere scriptos in debito rationi fur-			
	menti in isto in f. 475 die VIII marzij numerati			
30	pro portatura m. XXV furmenti empti a d. Jo-			
	hanne de Meda in summa	lb. O	s. XVIII	d. VIIII
	Item in debito d. presbitero Jacobo de Lu-			
	gano in isto in f. 538 die XI marzij numerati			
	ey in summa	lb. V	s. VI	d. VIII
35	Item in debito Antonio de Lugano in isto			
	in f. 539 die suprascripto numerati ey	lb. I	s. XII	

Item in debito Antonio de Sachonago in isto in f. 539 die suprascripto numerati ey	lb. VIII		
Item in debito Curado de Marchixiis in f. 573 die XIII marzij numerati prout in dicto foleo continetur in summa	lb. XX		
Item in debito Georgio de Lageroxa in f. 508 die XIII marzij numerati pro avena pro seminando et aliter	lb. III	s. IIII	
Item in debito Filipo de Locadelo in isto in f. 508 die suprascripto pro avena empta pro seminando in summa	lb. II	s. XV	
Item in debito Benedito de Cantono in isto in f. 510 die suprascripto pro avena empta pro seminando	lb. II	s. XV	
Item in debito rationi expensarum de Montano in isto in f. 557 die XXI marzij numerati pro certis cantilibus emptis prout in dicto foleo continetur in summa	lb. V	s. XVI	
Item in debito Ambroxeto de Cugnolo in isto in f. 507 die suprascripto numerati Rubeo prout in dicto foleo continetur	lb. II	s. II	
Item in debito intrate possessionis et bonorum de Birinzago in isto in f. 487 die suprascripto numerati pro st. I cixerorum emptorum pro seminando in summa	lb. o	s. XII	
Item in debito Filippo de Fossano in isto in f. 540 die suprascripto numerati ey	lb. o	s. XII	
Item in debito Paulo de Fossano in isto in f. 574 die ultimo marzij numerati ey prout in dicto foleo continetur	lb. XL		
Item in debito d. Johanni de Meda in isto in f. 552 die suprascripto et sunt anotati super bancho illorum de Poschis in summa	lb. CXVIII	s. XII	d. VI
Item in debito Ambroxio de Balzimo in isto in f. 537 die suprascripto numerati ey	lb. II	s. VI	
Item in debito Vicentio de Clivate in isto in f. 567 die suprascripto numerati ey	lb. II	lb. XI	d. VI
Item in debito Batiste et fratribus de Morexinis in isto in f. 574 die primo aprilis et sunt anotati prout in dicto foleo continetur	lb. XXVIIII	s. XII	

D. Johannes de Purixelis de Gallarate antedictus

Debet dare in credito ey scriptos impagine proxime precedenti in summa pro resto	lb. CCCCLVII	s. II	d. VI

	Item in debito Petro Surigono in isto in f. 553 die primo aprilis anotati prout in dicto foleo continetur in summa	lb. c		
5	Item in debito eidem d. Johanni in impagine proxime sequenti in summa	lb. ccccLVII	s. II	d. VI
	Summa est lb. DCCCIII s. XVII d. XI			

529

10	Debet habere scriptos in debito d. Jacobo de Castiliono in isto in f. 552 die primo aprilis et sunt anotati super bancho illorum de Poschis in summa	lb. LXXXVIII		
	Item in debito heredibus q. Johannis de Incaxate in isto in f. 542 die suprascripto numerati prout in dicto foleo continetur in summa	lb. IIII		
15	Item in debito dd. ministro e fratribus Hospitalis S. Martini in isto in f. 545 die suprascripto II aprilis numerati prout in dicto foleo continetur	lb. XVII	s. VI	d. VI
20	Item in debito Curado de Marchixiis et sociis in isto in f. 573 die III aprilis numerati ey	lb. XXXVII	s. XVI	
25	Item in debito rationi expensarum minutarum in isto in f. 462 die III aprilis numerati pro servitio altaris et pro plaustro uno stobie pro bestiis prout in dicto foleo in capitulis duobus continetur in summa	lb. III	s. VIII	d. IIII
	Item in debito ut supra die suprascripto numerati pro mexuratura et maroso m. LX milii venditi	lb. I		
30	Item in debito rationi expensarum de Niguarda in isto in f. 558 die suprascripto pro operibus IIII factis prout in dicto foleo continetur in summa	lb. II	s. XII	
	Item in debito d. Petrole de Meda in isto in f. 541 die suprascripto numerati ey	lb. XIII	s. VII	d. VIIII
35	Item in debito heredibus q. d. Petrini de Subiate in isto in f. 514 die VII aprilis numerati eis in summa in capitulo presentis Scole	lb. LXXXX		
	Item in debito Vicentio de Clivate in isto in f. 567 die suprascripto numerati ey	lb. III	s. V	

Yesus

[530 s] D. Johannes de Purixelis de Gallarate antedictus

Debet dare in credito eidem scriptos in impagine proxime precedenti in summa	lb. CXIII	s. VIII	d. III	
Item in credito hereditati q. Johannis de Terzago in isto in f. 555 die XVIII aprilis numerati per Petrum de Blassono in summa	lb. II	s. VI		5
Item in credito ut supra die XXI aprilis numerati per suprascriptum Petrum pro certo veluto per eum vendito in summa	lb. VIII	s. XI		10
Item in credito d. Gabrieli de Roffinis in isto in f. 575 die XXIII aprilis et sunt numerati per eum prout in dicto foleo continetur in summa	lb. CIII			

Item in debito d. presbitero Jacobo de Lugano in isto in f. 538 die VIII aprilis numerati ey	lb. V	s. VI	d. VIII
Item in debito Antonio de Sachonago in isto in f. 539 die suprascripto numerati ey	lb. VIII		
5 Item in debito Antonio de Lugano in isto ut supra die suprascripto numerati ey	lb. I	s. XII	
Item in debito Georgio de Lageroxa in isto in f. 508 die suprascripto numerati ey prout in dicto foleo continetur	lb. X	s. IIII	
10 Item in debito intrate bonorum de Montano in isto in f. 487 die XVII aprilis numerati campario aquarum Navigii	lb. I	s. XII	
Item in debito Vicentio de Clivate in f. 567 die XVII aprilis numerati ey	lb. VIII	s. X	
15 Item in debito Curado de Marchixiis in isto in f. 573 die suprascripto numerati ey	lb. XLIIII	s. XVIIII	
Item in debito rationi expensarum minutarum in isto in f. 462 die suprascripto numerati pro plaustro uno stobie pro bestiis	lb. II	s. XV	
20 Item in debito eidem d. Johanni in foleo sequenti in summa	lb. CXIII	s. VIII	d. III

Summa est lb. CCCCLVII s. II d. VI

1451

Debet habere scriptos in debito d. Johanni 25 de Meda in isto in f. 552 die XXI aprilis numerati ey super bancho illorum de Poschis in summa	lb. L	s. VII	
Item in debito suprastantie S. Babile in isto in f. 542 die XXI aprilis numerati d. Georgio 30 Morexino prout in dicto foleo continetur in summa	lb. VIIII	s. XII	
Item in debito Melchioni de Gradi in isto in f. 574 die XXI aprilis numerati ey in summa	lb. XXXVII	s. XIIII	
Item in debito d. Frescholo de Grassis in 35 isto in f. 541 die XXII aprilis numerati ey prout in dicto foleo continetur in summa	lb. XIIII		

Item in credito ut supra die II maij et sunt numerati per eum in mutuo gratis et amore Dey prout in dicto foleo continetur in summa floreni XL camere	lb. CXXX		
Item in credito d. presbitero Bernabino de Gabatoribus in isto in f. 549 die suprascripto numerati per eum: lb. 30, per Johanem de Roteris: lb. 10, in summa	lb. XL		
Item in credito Johanni de Belonis in isto in f. 517 die VI maij numerati per eum in summa	lb. VII	s. IIII	
Item in credito Aluisio et fratribus de Bossis in isto in f. 523 die suprascripto numerati per eum in summa	lb. V		
Item in credito rationi crusche in isto in f. 483 die VIIII suprascripti pro cruscha vendita	lb. XVIIII	s. VIII	
Item in credito heredibus q. Johannis de Panzeriis in isto in f. 521 die XXIII maij numerati per d. Jacobum de Machis in summa	lb. VIII	s. III	d. VI
Item in credito rationi millii in isto in f. 478 die suprascripto pro milio vendito in summa	lb. LVI	s. XIII	d. IIII
Item in credito Petro de Machasolis in isto in f. 575 die suprascripto numerati per eum in summa	lb. XL		
Item in credito Christoforo de Pergamo in isto in f. 551 die XXV suprascripti numerati per Johaninum dictum Giapinum in summa	lb. VI		
Item in credito hereditati q. Johannis de Terzago in isto in f. 555 die VI junij et sunt numerati per Antonium de Merate sartorem	lb. O	s. XVII	
Item in credito Gasparino de Bernadigio in isto in f. 518 die VI junij numerati per eum in summa	lb. XII	s. XVI	
Item in credito heredibus q. Gasparini Flandroni in isto in f. 521 die suprascripto numerati per Jacobum Flandronum in summa	lb. VI	s. VIII	

Summa est lb. DLVIIII s. XV d. I

	Item in debito Jacobino de Dayrago in isto in f. 540 die XXII suprascripti numerati ey in summa	lb. I	s. XIIII	
5	Item in debito rationi expensarum minutarum in isto in f. 462 die XXIII suprascripti numerati pro expensis minutis factis prout in dicto foleo continetur	lb. XVIIII	s. XIIII	d. IIII
10	Item in debito rationi elemoxinarum in isto in f. 467 die suprascripto numerati pro elemoxina una facta dd. fratribus S. Marie Servorum in summa	lb. I		
	Item in debito Vicentio de Clivate in isto in f. 567 die XXIIII aprilis numerati Ambroxio de Balzimo pro eo	lb. III	s. VII	d. VI
15	Item in debito Filippo de Fossano in isto in f. 540 die XXIIII suprascripti numerati ey in summa	lb. I		
	Item in debito Johanni de Dugnano in isto in f. 539 die suprascripto numerati ey	lb. III		
20	Item in debito Lodrixio de Braxurio in isto in f. 509 die XXVIII aprilis numerati ey in summa	lb. I	s. XII	
25	Item in debito rationi furmenti in isto in f. 475 die XXVIII aprilis numerati pro m. II furmenti empti in summa	lb. XI	s. XVIII	d. IIII
	Item in debito prestino Scole in f. [469] die suprascripto numerati pro m. I farine furmenti empte pro ussu dicti prestini in summa	lb. VII	s. I	
30	Item in debito d. Jacobo de Bechetis in isto in f. 551 die suprascripto numerati ey prout in dicto foleo continetur	lb. VIIII	s. XII	
	Item in debito rationi expensarum minutarum in isto in f. 462 die II maij numerati pro servitio altaris Scole pro mense aprilis	lb. I	s. VIIII	d. IIII
35	Item in debito hereditati q. d. Ursine de Dugnano in isto in f. 556 die IIII maij et sunt pro expensis obsequij dicte q. domine et pro alliis expensis in summa	lb. VI	s. V	
40	Item in debito d. Johanni de Purixelis in impagine proxime sequenti in summa	lb. CCCLXXX	s. VIII	d. VII

Summa est lb. DLVIIII s. XV d. I

D. Johannes de Purixelis antedictus

Debet dare in credito eidem in impagine proxime precedenti in summa	lb. CCCLXXX	s. VIII	d. VII

530

	Debet habere scriptos in debito prestino Scole in isto in f. 469 die VI maij numerati pro modiis duobus farine empte pro ussu Scole in summa	lb. XIIII	s. II	
5	Item in debito d. presbitero Jacobo de Lugano in isto in f. 538 die VI maij numerati ey in summa	lb. IIII		
	Item in debito Antonio de Lugano in isto in f. 539 die VI maij numerati ey in summa	lb. I	s. XII	
10	Item in debito Paulo de Fossano in isto in f. 574 die suprascripto numerati ey	lb. III	s. V	d. VI
	Item in debito rationi furmenti in isto in f. 475 die suprascripto numerati pro m. XXVII. III furmenti empti in summa	lb. CLX		
15	Item in debito Antonio de Sachonago in isto in f. 539 die suprascripto numerati ey	lb. VIII		
	Item in debito rationi expensarum minutarum in isto in f. 462 die VIIII maij pro denariis numeratis pro literis exemptionis in summa	lb. VIII		
20	Item in debito Petro de Blassono in isto in f. 536 die suprascripto numerati ey	lb. XVI		
	Item in debito intrate possessionis et bonorum de Birinzago in isto in f. 487 die suprascripto numerati Ambroxino de Cugnolo pro			
25	aptatura certarum vitium de Birinzago in summa	lb. VI	s. VIII	
	Item in debito d. Ambroxio de Seregnio in isto in f. 538 die suprascripto numerati ey	lb. III		
	Item in debito rationi elemoxinarum in isto			
30	in f. 467 die suprascripto numerati pro una elemoxina facta dd. fratribus domine S. Marie Angelorum	lb. X		
	Item in debito Paulo de Fossano in isto in f. 574 die XII maij numerati ey	lb. XVI		
35	Item in debito Manfredino de Broziis in isto in f. 511 die XXIII maij numerati ey in summa	lb. XVII		
	Item in debito Petro de Blassono in isto in f. 536 die suprascripto numerati ey	lb. XVI	s. I	d. VI
40	Item in debito Filippo de Locadelo in isto in f. 508 die suprascripto numerati ey	lb. VIIII	s. XII	

[531 s] D. Johannes de Purixelis de Gallarate antedictus

Debet dare in credito scriptos eidem in isto in impagine proxime precedenti	lb. VIII	s. XI	d. VIIII	
Item in credito rationi millij die VI junij pro milio vendito, in f. 478, in summa	lb. XXVI	s. XV		5
Item in credito Christoforo de Mutina in isto in f. 521 die suprascripto numerati per Antonium de Sachonago	lb. XI	s. X		
Item in credito d. Antonio de Bossis in isto in f. 575 die X junij et sunt numerati per eum pro depoxitione abocationis bonorum de Gorgonzola in summa	lb. XL			10
Item in credito Donato de Giochario in isto in f. 576 die XXVI suprascripti numerati per Ambroxium de Balzimo	lb. XXX			15
Item in credito hereditati q. d. Ursine de Dugnano in isto in f. 556 die II jullij numerati per Petrum de Surigonibus in summa	lb. XXXV	s. IIII	d. VI	
Item in credito Gasparino de Bernadigio in isto in f. 518 die X suprascripti numerati per eum	lb. XIII			20
Item in credito d. Antonio Benzano in isto in f. 513 die IIII decembris numerati per d. Coradum de Concoritio in summa	lb. LXVIII			

	Item in debito rationi furmenti in isto in f. 475 die suprascripto numerati pro furmento empto	lb. LV	s. VIIII	d. IIII
5	Item in debito hereditati q. d. Ursine de Dugnano in isto in f. 556 die XXV maij numerati pro testamento dicte q. domine in summa	lb. V	s. XIII	
	Item in debito magistro Petro de Blasono in isto in f. 536 die VI junij numerati per Antonium de Sachonago	lb. XVII	s. III	d. VI
10	Item in debito hereditati q. Johannis de Terzago in f. 555 die suprascripto numerati magistro Petro de Blasono pro eius merzede	lb. o	s. X	
	Item in debito d. Johanni de Purixelis de Gallarate impagine proxime sequenti	lb. VIII	s. XI	d. VIIII
15	Summa suprascripta est lb. CCCLXXX s. VIII d. VII			

	Debet habere scriptos in debito anualli q. d. Arigoli de Monti in isto in f. 547 die VI junij numerati pro dicto anualli in summa	lb. III	s. X	
20	Item in debito hereditati q. d. Ursine de Dugnano in isto in f. 556 die suprascripto numerati pro trigeximo dicte q. domine in summa	lb. III	s. VI	
	Item in debito magistro Petro de Blassono in isto in f. 536 die suprascripto numerati ey	lb. VI	s. VIII	
25	Item in debito d. presbitero Saladino in isto in f. 538 die suprascripto numerati ey pro selario mensis maij	lb. IIII	s. XVI	
30	Item in debito rationi furmenti in isto in f. 475 die suprascripto numerati pro frumento empto in summa	lb. XX	s. IIII	d. II
	Item in debito Antonieto de Caxate in isto in f. 510 die suprascripto numerati ey pro certis expensis in Blasono pro Scola fiendis	lb. IIII	s. V	
35	Item in debito Manfredino de Broziis in isto in f. 511 die XXVI junij numerati ey pro certa cassina construenda in molandino de Montano in summa	lb. XIIII		

	lb.	s.	d.
Item in credito Antonieto de Caxate in isto in f. 510 die VIIII suprascripti numerati per Petrum de Laude	lb. XVI	s. I	
Item in credito d. Ambroxio de Alzate in isto in f. 536 die XII decembris numerati per d. Mafiorinum de Piroveno in summa	lb. VI		
Item in credito hereditati q. d. Ursine de Dugnano in f. 556 die XIII decembris numerati per Christoforum de Grassis etc.	lb. VIII	s. XVIII	
Item in credito hereditati q. d. Ursine de Dugnano in isto in f. 556 die XII decembris et sunt denarii reperti in certo capsono	lb. XIIII		
Item in credito heredi q. d Jacobi de Porris in isto in f. 521 die XIII decembris numerati per Balzarum de Porris heredem ut supra	lb. XXXII		
Item in credito heredibus q. Alcherii de Boyxio in isto in f. 523 die suprascripto numerati per usorem dicti quondam	lb. V	s. XI	d. VI
Item in credito Antonio de Legatis in isto in f. 520 die XX suprascripti numerati per Petrolum de Barlassina in summa	lb. LVII	s. XII	
Item in credito d. Johanni de Caxate in isto in f. 567 die XXI decembris numerati per d. Johannem de Cardano	lb. XX	s. XVI	
Item in credito d. presbitero Bernabino in isto in f. 549 die suprascripto numerati per eum in summa	lb. XIII	s. VIII	

Summa est lb. CCCCVII s. VII d. VIIII

D. Johannes de Purixelis de Gallarate

	lb.	s.	d.
Debet dare in credito eidem in impagine proxime precedenti in summa pro resto	lb. XXXVI	s. XII	d. VII
Item in credito eidem d. Johanni scriptos in impagine proxime sequenti in summa	lb. CCCCLII	s. VII	d. X

Summa suprascripta est lb. CCCCLXXXVIIII s. o d. V

Item in debito Ambroxio de Balzimo in isto in f. 537 dei XXVI suprascripti numerati ey	lb. XVI		
Item in debito suprascripto ut supra die II jullij numerati ey	lb. XVI	s. X	
Item in debito d. Jacobine de Dugnano in isto in f. 576 die suprascripto numerati Johanni de Crispis marito suo	lb. XVI		
Item in debito d. Antonie de Dugnano in isto in f. 576 die suprascripto numerati Ambroxio de Mirabiliis	lb. XVI		
Item in debito Ambroxio de Balzimo in isto in f. 537 die XIIII suprascripti numerati ey	lb. VIII		
Item in debito magistro Jacobo de Ferara et Johanni de Sormano in isto in f. 576 die XVIIII jullij numerati eis in Schola in summa	lb. XVIIII	s. IIII	
Item in debito Ambroxio de Balzimo in isto in f. 537 a die XXIII jullij usque die XXIIII septembris prout in dicto foleo in capitulis septem continetur in summa	lb. CXVII	s. XVI	
Item in debito rationi furmenti in isto in f. 475 die II decembris numerati pro m. XXV furmenti empti in summa	lb. C		
Item in debito rationi expensarum minutarum in isto in f. 463 die suprascripto numerati d. Bartolameo Morono pro eius selario anni preteriti die ultimo decembris 1450 in summa	lb. IIII	s. XVI	
Item in debito eidem d. Johanni in impagine proxime sequenti in summa	lb. XXXVI	s. XII	d. VII

Summa suprascripta est lb. CCCCVII s. VII d. VIIII

531

Debet habere scriptos in debito heredibus q. d. Jacobi de Mozate in isto in f. 542 die IIII decembris numerati prout in dicto foleo continetur	lb. XXXIIII	s. X
Item in debito d. Jacobine de Dugnano in isto in f. 576 die VI decembris numerati Johanni de Crispis prout in dicto foleo continetur in summa	lb. XXXII	

Item in debito d. Malgarite in isto in foleo ut supra die suprascripto numerati ... de Naxiis prout in dicto foleo continetur	lb. xx		
Item in debito rationi furmenti in isto in f. 475 die suprascripto pro m. vi furmenti jam diu empti per Ambroxium de Brachis	lb. xxiiii		
Item in debito rationi cixerorum in isto in f. 481 die suprascripto pro m. vii cixerorum emptorum computata portatura in summa	lb. xxi	s. viii	d. ii
Item in debito filiabus d. Galeaz de Toschanis in isto in f. 550 die xii decembris numerati prout in dicto foleo continetur	lb. xl		
Item in debito rationi frumenti in isto in f. 475 die xiii decembris pro furmento empto in summa	lb. xxx	s. x	d. ii
Item in debito rationi cixerorum in isto in f. 481 die suprascripto numerati pro cixeris emptis in summa	lb. iiii	s. viiii	d. iii
Item in debito rationi sallis in isto in f. 482 die suprascripto pro salle empto in summa	lb. xlviiii	s. viiii	
Item in debito Johanni de Ruschis prestinario Scole in isto in f. 516 die xiii suprascripti numerati ey per Ambroxium de Brachis	lb. xvi		
Item in debito Ambroxio de Broziis in isto in f. 504 die suprascripto numerati ey	lb. iiii		
Item in debito rationi elemoxinarum in isto in f. 467 die suprascripto numerati pro papiro empto pro busclotis salis in summa	lb. ii	s. xvii	
Item in debito dd. fratribus Terzii Ordinis S. Francisci in isto in f. 542 die suprascripto numerati d. Martinolo de Lagazada in summa	lb. v	s. vi	d. viii
Item in debito d. Petrole de Meda in isto in f. 541 die suprascripto numerati ey	lb. xvi		
Item in debito d. Johanole ut dicitur abbatisse domine S. Marie in Valle in isto in f. 577 die suprascripto numerati ey	lb. xvi		
Item in debito rationi draporum baretinorum in isto in f. 560 die xiiii decembris et sunt pro drapis baretinis emptis pro ussu pauperum computata expensa pro eis facta prout in dicto foleo in capitulis septem continetur	lb. clxxii	s. x	d. ii

[532 s] D. Johannes de Purixelis de Gallarate antedictus

Debet dare in credito scriptos eidem in impagine proxime sequenti pro summa capit lb. MCCXXXVII s. XVI d. V

Item in debito eidem d. Johanni de Purixelis de Gallarate in foleo presenti in impagine proxime sequenti in summa	lb.	s.	d.

Summa suprascripta est lb. CCCCLXXXVIIII s. o d. V

5 Debet habere scriptos in debito rationi cixerorum in isto in f. 481 die XVII decembris numerati pro cixeris emptis in summa	lb. XXVII		
Item in debito d. Jacobo de Bechetis in isto in f. 551 die XVII suprascripti numerati ey vel 10 fratri suo pro furmento ab eis empto prout in dicto foleo continetur in summa	lb. XLVIII	s. VIII	
Item in debito Andriolo et Antoniolo fratribus de Busero in isto in f. 507 die XVII decembris numerati eis pro salicis emendis pro 15 bonis de Gorgonzola in summa	lb. I	s. XII	
Item in debito Johanino dicto Nigro de Romanore in isto in f. 507 die XVIII suprascripti numerati ey	lb. I	s. XII	
Item in debito Ambroxino de Brachis in 20 isto in f. 540 die XVIII suprascripti numerati et computati ey quia ipse a Corino de Conchoritio recepit	lb. XXXII		
Item in debito ut supra die suprascripto numerati ey in partitis quatuor prout in dicto fo-25 leo continetur in summa	lb. CCCXXXIIII		
Item in debito ut supra die suprascripto numerati per Antonium de Mozate usque de mense otubris in summa	lb. CL		
Item in debito ut supra die suprascripto nu-30 merati per Petrum Surigonum in summa	lb. L		
Item in debito rationi vestimentorum in isto in f. 560 die XVIIII decembris et sunt pro canepazio empto pro dictis vestibus factis pro pauperibus Christi et pro factura dictarum vestium 35 in summa prout in capitulis II continetur in summa	lb. XXXVII	s. I	

D. Johannes de Purixelis de Gallarate

Debet dare in credito eidem scriptos in impagine proxime precedenti in summa	lb.	s.		
Item in credito Aluisio et fratribus de Bossis in isto in f. 523 die XXII decembris numerati per Filipum [famulum] d. prioris in summa	lb. VIII			5
Item in credito rationi porchorum in isto in f. 560 die XXVII decembris pro buxechis et sonziis venditis in summa	lb. XXIIII	s. IIII	d. VI	
Item in credito d. Ambroxio de Seregnio in isto in f. 538 die XXVII decembris numerati et sunt repoxiti prout in dicto foleo continetur	lb. DLX	s. III		10
Item in credito d. Donato de Caponago in isto in f. 551 die XXVII decembris et sunt numerati per eum	lb. VI			15
Item in credito rationi elemoxinarum in isto in f. 581 die suprascripto pro signis venditis d. Ambroxio de Alzate in summa	lb. XV			
Item in credito hereditati q. Antoniazii de Lugano in isto in f. 556 die XXVII decembris et sunt prout in dicto foleo continetur in summa	lb. LXIIII	s. IIII		20

Text	lb.	s.	d.
Item in debito rationi elemoxinarum in isto in f. 467 die suprascripto pro elemoxina I facta venerabili Fabrice juxta solitum tempore quo pauperes induantur prout supra in summa	lb. III	s. IIII	
Item in debito capelano [capele] S. Johannis Evangeliste constructe in eclexia S. Johannis Batiste de Modonetia in isto in f. 545 die suprascripto numerati ey in summa	lb. XVI		
Item in debito rationi furmenti in isto in f. 475 die XVIIII decembris pro furmento empto in summa	lb. XLI	s. II	
Item in debito prestino Scole in isto in f. 469 die suprascripto pro farina empta prout in dicto foleo continetur	lb. XLIII	s. VIIII	d. VII
Item in debito eidem d. Johanni in isto in impagine proxime precedenti in summa	lb. CCCCLII	s. VII	d. X

Summa est lb. MCCXXXVII s. XVI d. V

532

Text	lb.	s.	d.
Debet habere scriptos in debito eidem d. Johanni de Purixelis in impagine proxime precedenti in summa	lb. M CCXXXVII	s. XVI	d. V
Item in debito Johanino de Ayroldis in isto in f. 538 die XX decembris numerati ey	lb. IIII	s. XVI	
Item in debito Filippo de Fossano in isto in f. 540 die suprascripto numerati ey	lb. IIII		
Item in debito Ambroxino de Brachis in isto in f. 540 die suprascripto numerati ey per Antonium de Sachonago	lb. XVI		
Item in debito Paulo de Fossano in f. 574 die XX decembris numerati ey	lb. VI	s. VIII	
Item in debito d. Francischolo de Sonvicho in isto in f. 577 die XXII decembris numerati ey	lb. VI	s. XIII	
Item in debito hereditati q.d. Antonii de Concoritio in isto in f. 578 die suprascripto numerati pro dicta hereditate prout in dicto foleo in capitulis quatuor continetur in summa	lb. XIII	s. III	d. VI

Item in credito Johanni dicto Bugio de Niguarda in isto in f. 520 die suprascripto in summa	lb. XXXV	s. IIII		
Item in credito rationi porchorum in isto in f. 560 die ultimo decembris pro sonzia ditta	lb. II	s. VIII		5
Item in credito eidem d. Johanni in impagine proxime sequenti pro resto crediti presentis impaginis in summa	lb. M CCLXX	s. XVII	d. V	

Summa suprascripta est lb. MDCCCCLXXXVI s. o d. XI

[533 s] D. Johannes de Purixelis antedictus 10

Debet dare in credito eidem scriptos in libro virido novo in f. 72 die primo januarij 1452 et sunt pro credito eius in summa	lb. MCCCXLI	s. VIII	d. V

Item in debito Petro Paulo de Gradi in isto in f. 574 die XXII suprascripti numerati Ambroxio de Gradi prout in dicto foleo continetur in summa	lb. III	s. VI	d. VI
Item in debito rationi porchorum in isto in f. 560 die XXII decembris et sunt numerati pro porcis emptis et pro douana et pro ordinatura et aliter prout in dicto foleo in capitulis otto continetur in summa	lb. CCCCXXXVI	s. XV	
Item in debito rationi elemoxinarum in isto in f. 467 die XXIIII decembris et sunt pro certa elemoxina facta pro exigendo duos carzeratos in Malastala prout clarius in dicto foleo continetur	lb. VI	s. VIII	
Item in debito d. Antonie de Dugnano in isto in f. 576 die suprascripto numerati Ambroxio de Mirabiliis marito dicte domine in summa	lb. XVI		
Item in debito hereditati q. d. Antonii de Conchoritio in isto in f. 578 die XXIIII decembris numerati pro jochalibus videlicet: perlis et zafiro uno exactis ab Hettore de Marchixiis qui dictas habebat in pignore et numerati etiam Hestori de Paddo prout in dicto foleo in capitulis II continetur in summa	lb. CCVII	s. XII	d. VIII
Item in debito Ambroxino de Brachis in isto in f. 580 die XXVII suprascripti et sunt pro resto ducatorum LX ey jam diu numeratorum pro drapis emendis pro ussu pauperum	lb. XXV	s. VIIII	d. X
Item in debito magistro Jacobo de Feraria in isto in f. 576 die suprascripto et sunt numerati ey in summa	lb. I	s. XII	
Summa est lb. MDCCCCLXXXVI s. O d. XI			

Debet habere scriptos in debito eidem d. Johanni in isto in impagine proxime precedenti in summa	lb. MCCLXX	s. XVII	d. V

D. Johannes de Purixelis de Gallarate

Debet dare in credito scriptos eidem d. Johanni in libro virido novo in f. 83 die primo januarij 1452 pro eius credito in summa ocaxione farine in summa lb. XXVI s. V 5

	Item in debito hereditati q. d. Helizabet de Solario in isto in f. 581 die XXVII decembris et sunt numerati pro rogatura, carta et scriptura testamenti dicte q. domine	lb. VI	s. XVI	
5	Item in debito prestino Scole in isto in f. 469 die suprascripto pro macinatura m. VI furmenti a denariis ad festum a s. 12.9 pro modio	lb. III	s. XVI	d. VI
	Item in debito Ambroxino de Brachis in isto in f. 580 die suprascripto in summa	lb. XXXV	s. IIII	
10	Item in debito ut supra in foleo suprascripto die suprascripto pro denariis buxecharum et sonziarum in eum Ambroxinum remansis in summa	lb. XXIIII	s. IIII	d. VI
15, 20	Item in debito rationi furmenti in isto in f. 475 et sunt usque die IIII februarij et hoc fuit anotatum quia est debitris presens ratio et nunc ponitur quia non aparet creditor dictus d. Johannes in sua ratione et ideo debet poni quia sunt denarii pro m. VII furmenti empti extimati	Cassus quia duplicatus in credito d. Johanni de Meda in f. 552 lb. XXXV		
	Item in debito eidem d. Johanni in isto in f. 528 pro arro ocurso in somario dicte folee in summa	lb. O	s. X	

Summa suprascripta est lb. MCCCXLI s. VIII d. V

25 **535**

30	Debet habere scriptos in debito prestino Scole in isto in f. [469] die ultimo decembris et sunt pro lb. 855 farine furmenti per eum Scole mutuatis cum pacto restituendi ey dictam farinam pretium pro pretio et sunt in summa m. VII st. III lb. V pro modio in summa	lb. XXVI		s. V

Yesus

[536 s] D. Ambroxius de Alzate ex scolaribus presentis Scole

Debet dare in credito scriptos in credito rationi bonorum inmobilium in isto in f. 456 die VII mensis aprilis pro pretio perticarum CCL terre jacentium in locis et territoriis Fossani, Vigazoli et Zonichi computatis sediminibus in perticha ad computum de lb. quinque pro perticha et quelibet pars stare debet juste mesure fiende per mexuratorem Comunis Mediolani ad raptam prout in dicto instrumento rogato per Ambroxium Cagnolam continetur	lb. M CCL		
Item in credito eidem in isto in f. 430 die primo januarij et sunt pro signis jam diu ipsi in venditione datis usque in anno 1449 in summa	lb. III		
Item in credito rationi porchorum in isto in f. 560 die ultimo decembris et sunt pro lb. XXII sonziarum et buxecha I. Sonzia a s. 3 pro libra: lb. 2.17; et buxecha s. 8 et pro certis templis porchorum lb. 1.12, omnia in summa	lb. IIII	s. VIIII	
Item in credito hereditati q. Johannis de Terzago in isto in f. 555 die ultimo decembris pro brachiis II dalmaschini celestris ex de rebus dicte hereditatis in summa a s. 50 pro brachio	lb. V		

Summa suprascripta est lb. MCCLXII s. VIIII

Magister Petrus de Blassono

Debet dare in credito eidem scriptos in isto in f. 434 die primo januarij et sunt pro certo drapo ipsi jam diu dato in summa	lb. II	s. XVI	
Item in credito d. Johanni de Purixelis de Gallarate in isto in f. 528 die VIIII maij numerati ey	lb. XVI		
Item ut supra die XXIII maij numerati ey	lb. XVI	s. I	d. VI
Item ut supra in f. 530 die VI junij numerati ey per Antonium de Sachonago	lb. XVII	s. III	d. VI
Item ut supra die VI junij numerati ey [in f.] 531	lb. VI	s. VIII	

1451

	Debet habere scriptos in debito eidem d. Ambroxio in isto in f. 448 die primo januarij et sunt numerati in anno preterito pro parte solu-			
5	tionis bonorum antescriptorum in summa	lb. DCXVI	s. O	d. VI
	Item in debito d. Johanni de Purixelis de Gallarate in isto in f. 528 die XX januarij numerati per eum in summa	lb. LII		
	Item in debito ut supra die XXI marzij et sunt			
10	numerati per d. Mafiolum de Melegariis seu eius nomine in summa	lb. XXIIII		
	Item in debito suprascripto d. Johanni in isto in f. 528 die ultimo marzij et sunt anotati super bancho illorum de Poschis in summa	lb. CCCCLXXII	s. X	
15	Item in debito suprascripto in isto in f. 531 die XII decembris numerati per d. Mafiorinum de Piroveno in summa	lb. VI		
	Item in debito eidem d. Ambroxio in libro virido novo 1452 die primo januarij suprascripti			
20	anni 1452 et sunt pro resto eius domini debiti in presenti foleo anotati in summa in f. 72	lb. LXXXXI	s. XVII	d. VI
	Summa suprascripta est lb. MCCLXII s. VIIII			

536

	Debet habere scriptos in debito hereditati q.		
25	d. Ursine de Dugnano in isto in f. 556 die XXIII maij numerati pro dicto anualli in summa	lb. II	s. XVI
	Item in debito anualli q. d. Caterine de Pestegalis in isto in f. 548 die suprascripto numerati pro dicto anuali	lb. II	s. X
30	Item in debito dd. prepoxito et canonicis de S. Nazario in f. 544 die XXV maij numerati pro anualibus duobus juxta solitum fiendis in summa	lb. IIII	s. XVI

Item in credito rationi crusche in isto in f. 483 die XVII decembris tamen sunt usque de mense junij pro m. VIIII st. VI.I crusche vendite et denarii in eum perventi in summa	lb. V	s. XVII	d. V
Item in credito d. Paxine de Bertoris in isto in f. 569 die XVII decembris tamen fuit usque de mense jullij	lb. XXVI		
Item in credito heredibus q. Gasparini Flandroni in isto in f. 521 die XVII decembris tamen fuit usque de mense jullij	lb. IIII	s. VIII	
Item in credito rationi millii in isto in f. 478 die XVII decembris tamen fuit usque die XV jullii pro m. VIII millii a gr. 34 pro modio: lb. 27.4, et m. XIII a gr. 33 pro modio lb. 43, capiunt in capitulis II	lb. LXX	s. IIII	
Item in credito d. Paxine de Bertoris in isto in f. 569 die XVII decembris tamen fuit prout supra de mense jullij in summa	lb. V		
Item in credito rationi sichalis in isto in f. 477 die XVII decembris tamen fuit usque de mense jullij pro m. VI st. IIII sichalis vendite a lb. V s. X pro modio	lb. XXXV	s. XV	
Item in credito Antonio de Raude in f. 524 die prout supra tamen fuit usque de mense jullij	lb. VIII		
Item in credito d. presbitero Bernabino de Gabatoribus canonicho in eclexia domine S. Marie de la Scala in isto in f. 549 die XXIIII decembris tamen fuit usque die VI junij in summa	lb. XL		

Summa est lb. CCLIII s. XIII d. V

		lb.	s.	d.
	Item in debito fratribus Carmelorum in f. 544 die suprascripto numerati eis in summa	lb. III	s. IIII	
5	Item in debito rationi expensarum minutarum in isto in f. 463 die suprascripto et sunt prout in dicto foleo continetur	lb. VI	s. III	d. I
	Item in debito Johanni de Dugnano in isto in f. 539 die suprascripto numerati fratri suo in summa	lb. II	s. IIII	
10	Item in debito prestino Scole in isto in f. 469 die VI junij pro m. II farine furmenti empte a lb. 7 pro modio	lb. XIIII		
	Item in debito Ambroxio de Balzimo in isto in f. 537 die suprascripto numerati ey	lb. III		
15	Item in debito Jacobino de Dayrago in isto in f. 540 die suprascripto numerati ey	lb. II	s. I	
	Item in debito d. Ambroxio de Seregnio in isto in f. 538 die suprascripto numerati ey	lb. II		
20	Item in debito Ambroxeto de Cugnolo in isto in f. 507 die suprascripto numerati Rubeo eius filio in summa	lb. VI	s. II	
	Item in debito rationi expensarum minutarum in isto in f. 463 die suprascripto numerati pro servitio altaris pro mensibus duobus in summa	lb. II	s. X	d. IIII
25	Item in debito anualli q. d. Marcholi de Marliano in isto in f. 547 die VI junij numerati pro dicto anualli in summa	lb. O	s. XVIII	
30	Item in debito Johanino dicto Nigro de Romanore in isto in f. 507 die XXIIII decembris et sunt a die XXX maij usque die ultimo junij in summa	lb. VII	s. XII	d. VI
	Item in debito Manfredino de Broziis in isto in f. 511 die suprascripto et sunt prout supra continetur in capitulis pluribus in summa	lb. XXXV	s. XII	
35	Item in debito rationi expensarum minutarum in isto in f. 463 die XXIIII decembris et sunt pro conductura certi feni et pro aptatura certorum vaxium Scole prout in dicto foleo in capitulis II continetur in summa	lb. XII	s. I	d. VI
40	Item in debito Vicentio de Clivate in isto in f. 567 die suprascripto numerati ey prout in dicto foleo continetur	lb. VI	s. X	

Yesus

[537 s] Ambroxius de Balzimo

Debet dare in credito scriptos in credito d. Johanni de Purixelis de Gallarate in isto in f. 528 die xx februarij numerati ey super selario suo	lb. II	s. x	5
Item in credito suprascripto in f. 529 die ultimo marzij numerati ey	lb. II	s. VI	
Item in credito magistro Petro de Blassono in isto in f. 536 die VI junij numerati ey a die XXIIII aprilis citra	lb. III		10
Item in credito d. Johanni de Purixelis de Gallarate in isto in f. 531 die XXVI junij numerati ey per suprascriptum d. Johannem in summa	lb. XVI		
Item in credito ut supra die II jullij numerati ey per suprascriptum d. Johannem	lb. XVI	s. x	15
Item in credito ut supra die XIIII jullij numerati ey in summa per suprascriptum	lb. VIII		
Item in credito suprascripto ut supra die XXIII jullij numerati ey	lb. x		
Item in credito ut supra die suprascripto XXV jullij numerati ey in summa	lb. IIII	s. XVI	20
Item in credito ut supra die XXX jullij numerati ey	lb. XVI		
Item in credito ut supra die VI augusti numerati ey	lb. XVI		25
Item in credito ut supra die XXIII augusti numerati ey	lb. XV		
Item in credito ut supra die XI septembris numerati ey	lb. XVI		
Item in credito ut supra die XXIIII suprascripti numerati ey	lb. XL		30
Item in credito d. Albertolo de Revertis in isto in foleo sequenti in summa die XVIII decembris numerati ey de mense augusti in summa	lb. III	s. IIII	

Item in debito eidem Petro de Blasono in f. 579 in summa pro resto	lb. CXXXVIIII	s. XIII	

Summa est lb. CCLIII s. XIII d. V

1451

Debet habere scriptos in debito d. Jacobo de Bechetis in isto in f. 551 die XVIII decembris et sunt pro certis expensis pro eo factis jam diu prout in quaterneto dicti Ambroxii in capitulis VIII continetur	lb. XV	s. VI	d. III
Item in debito Ambroxino de Brachis in isto in f. 540 die suprascripto numerati jam diu in summa	lb. VI	s. VIII	
Item in debito Ursine de Dugnano in isto in f. 577 die XVIII decembris numerati jam diu Antonio de Amichonibus dicte domine marito in summa	lb. VIII		
Item in debito Ambroxino de Brachis in isto in f. 540 die XX decembris numerati per d. Ambroxium de Surigonibus jam diu, in summa	lb. XL	s. XII	
Item in debito d. presbitero Saladino Scole capelano in isto in f. 538 die XXVIII decembris anotati in libro, tamen fuit jam diu in pluribus capitulis, in summa	lb. XIIII	s. IIII	
Item in debito Benedicto de Cantono in isto in f. 510 die suprascripto prout supra in pluribus capitulis	lb. VII	s. XIIII	
Item in debito d. Petro de Laude in f. 552 die suprascripto prout supra et sunt denarii numerati per Donatum de Giochario tamen factus fuit debitor de dictis denariis dictus Ambroxius	lb. XI	s. XVI	
Item in debito Manfredino de Broziis in isto in f. 511 die suprascripto prout supra pro conductura bladorum	lb. VI	s. II	
Item in debito d. Petrole de Meda in isto in f. 541 die XXVIIII decembris et sunt numerati jam diu in summa	lb. VII		

Item in credito Jolo strazarolo in isto in f. 524 die suprascripto et sunt de mense suprascripto augusti	lb. IIII	s. XVI	
Item in credito Johannipetro de Lexmo in isto in f. 518 die suprascripto numerati de mense augusti suprascripto	lb. IIII		5
Item in credito rationi salaminis porchorum in isto in f. 562 die suprascripto pro carnibus venditis de dicto mense augusti in summa	lb. VII	s. XIIII	
Item in credito rationi millii in f. 478 die suprascripto pro milio vendito de mense augusti	lb. LXI	s. XVIII	10
Item in credito Donato de Giochario in f. 576 die XVIII decembris numerati per eum	lb. VIII		
Item in credito d. presbitero Bernabino de Gabatoribus in isto in f. 549 die suprascripto numerati per Johannem de Rotulis	lb. VI	s. XII	15
Item in credito magistro Johanni de Rivola in f. 524 die XVIII decembris numerati per heredes ipsius	lb. XXI	s. III	20
Item in credito heredibus q. d. Zanoni de Badagio in f. 526 die suprascripto numerati per Faziolum de Badagio	lb. XIII	s. XII	
Item in credito heredi q. Donati Beloni in isto in f. 518 die suprascripto numerati	lb. III	s. IIII	25
Item in credito Antonieto de Caxate in f. 510 die suprascripto numerati per d. Petrum de Laude in summa	lb. VIII		

Summa est lb. CCCVIII s. V

D. Albertolus de Revertis ex scolaribus presentis Scole 30

Debet dare in credito scriptos rationi bonorum inmobilium in isto in f. 456 die XVIII januarij et sunt pro pretio directi dominij unius sediminis seu certorum bonorum sitorum in p. C. p. s. Carpofori prope Carmelorum super quibus prestatur fictum libelarium florenorum x singulo anno per magistrum Johannem de Rivola. Quod directum [dominium] venditum fuit 35

